



Arbor Vitæ Sive Vita Et Doctrina Christi

Ex Quatuor Evangeliiis In Meditationes Quotidianas Veluti Totidem Ramos
Distributa

Ilsung, Jakob

Dilingæ, 1693

Meditatio CCCXXXV. Christus in Templo Maledictis carpitur à Judæis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60727](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60727)

Thic erat Samaritanus. Respondens autem JESUS dixit: Nónne decem mundati sunt, & novem ubi sunt? Non est inventus, qui rediret, & daret Gloriam DÉO, nisi hic aliena gena? v. 15. Sic lèpe, qui Beneficijs Divinis priùs maximè erant indigni, deinde agnita sua indignitate, Beneficientiâ Divinâ maximè fiunt grati; revertuntur ad DEVUM per emendationem, cadunt in faciem per Humilitatem prostrati ad pedes. Ab his, & i Samaritano disce Gratitudinem pro frequenti emendatione à lepra Animæ, ac pro innumeris alijs Beneficijs: agnoscere & detestare tuam ingratitudinem. A Christo verò disce patienter ferre hominum ingratitudinem pro beneficijs à te collatis, nec propter ea intermitte illis benefacere.

MEDITATIO CCCXXXV.

*Christus in Templo Maledictis
carpitur à Judæis. Joan. 7. v. 11.*

PUNCTUM I. *Judæi ergo quarebant eum in Die Feso, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multum erat in turba de eo.* Joan. 7. v. 11. Quarebant autem eum, non ut audirent illius Doctrinam, sed ut interficerent: unde cùm postea in Templo apparuisset, dicebant quidam ex Ierosolymis: *Nónne hic est, quem querunt interficere?* v. 25. Sic multi Christiani querunt JESVM Die Feso, scilicet, ut eum gravius peccando interficiant, sibi metipsis crucifigentes Filium DEI. Itaque tu ex opere diligentius quare JESVM Diebus Festis, majori Devotione eos peragendo, & reparando injurias ab alijs inferri solitas. Et singulis Festis cura, ut renoveretur,

vetur, resurgat, & vivat in te Christus. Quemadmodum hortatur nos pius Thomas Kemp. lib. 1. c. 19. Circa principalia Festa renovanda sunt bona Exercitia, & Sanctorum Suffragia ferventiū imploranda. De Festo in Festum proponere debemus, quasi tunc de hoc saeculo migraturi, & ad aeternum Festum pervenit. Ideoque sollicitè nos preparare debemus in devotis temporibus, & devotiū conversari, atque omnem Observantiam strictius custodire.

PUNCT. II. *Quidam enim dicebant : quia bonus est. Alij autem dicebant : Non , sed seducit turbas. Nemo tam palam loquebatur de illo (illum palam laudando) propter metum Iudeorum.* v. 12. Sic nec tu ab omnibus laudari desideres ; sed contra te prolatas querelas, murmurations, detractiones &c. patienter sustineas, & ex animo remittas. De nemine vero male loquaris; nec propter respectum humanum omittas honorifice de alijs loqui : quidquid enim feceris uni ex minimis, Christo fecisti.

PUNCT. III. *Jam autem Die Festo mediante (id est , quarto die , ex quo Festum Scenopegiæ cæperat , & Christus Jerosolymam pervenerat, occulte ibidem degens ; adeoque Festo media ex parte jam peracto : duraverat enim octo diebus , ex quibus per septem dies in tabernaculis habitare debebant Iudei , ut patet ex Levit. c. 23. v. 36. ubi dicitur : Sepiē diebus offeretis Holocausta Domino : dies quoque octavus erit celeberrimus atque sanctissimus &c. Et v. 42. Et habitabitis in umbraculis septem diebus) ascendit : E S P S in Templum , & docebat. Sicut prioribus diebus Christus dedit Exemplum Mansuetudinis , & Charitatis , cedendo & parcendo suis hostibus : ita posterioribus dedit Exemplum Fortitudinis*

270 Ab Octava SS. Corp. Christi usque ad Adventum.

titudinis, Zeli animarum, sedulitatis ac industria
in docendi munere, quamvis auditores essent ingra-
ti, inimici, incapaces, & contumaces, contemnen-
proprium periculum, oblocutiones, impugna-
tiones, &c.

MEDITATIO CCCXXXVI

Continuatio ejusdem Argumenti.

Joan. 7. v. 15.

PUNCTUM I. *Et mirabantur Judæi, dicentes : Quomo-
do hic litteras scit, cum non didicerit ? Respondit eis JE-
SUS, & dixit : Mea Doctrina non est mea, sed ejus, qui
me misit. v. 15.* Ex admiratione hac, & ex notitia, quod
Christus litteras non didicerit, colligitur, Christum
pro illiterato, & indocto antehac habitum esse. No-
li ergo sciens videri, te ipsum jactare, vel ostentare;
noli laudem, ac estimationem apud alios aucupari;
sed si quid scis, vel si quid in te laudabile est Scientia,
Virtutis &c, id non tibi, sed DEO adscribe; proinde
nihil emolumenti tibi appetas, sed soli DEO.

PUNCT. II. *Si quis voluerit Voluntatem ejus facere,
eognoscet de Doctrina, utrum ex DEO sit, an Ego à me ipso
loquar. v. 17.* Tali animo & desiderio agnoscendi &
faciendi Voluntatem DEI, verba Salutis audias, le-
gas, & mediteris, non ex curiositate, aut vanitate,
aut alio fine. Sic enim fructum & Cœlestium Rerum
intelligentiam percipies. Et *Quoniam in malevolam
Animam non intrabit Sapientia, nec habitabit in corpore
subditio peccatis. Spiritus enim Sanctus discipline effugiet
sicutum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intelle-*
ctu,